



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCLXXXIX. Des Erzbischofes von Chur Citation der Gemahlin des
Markgrafen Ludwig von Brandenburg, der Margaretha von Tyrol, vor das
vom Papste dazu angesetzte geistliche Gericht wegen ihrer ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

tus quondam Lvdewici de Bauaria, qui se nominat Marchionem Brandenburgensem, Rypertvs, Comes Palantinus, (et Henricus de Wirneborgh depositus Maguntinensis) *) ad praedictum opidum fugierunt, in ipsoque magnifice obsedimus, et suae potentiae prostratis viribus, coëgimus manifeste, quod Lvdovicvs et Rypertvs praedicti ac provisores ecclesiae Maguntinae nos Romanum Regem et suum verum Dominum cognoverunt, et praesentia multorum Principum et militiae copiosae ibidem in campis, dum adhuc in obfessione manerent, quod nos quamdiu duxerimus, talem reputare, nec non Principatus, terras et dominia a nobis tanquam a Romanorum Rege et ordinario Domino suo, in pheidum, dum moniti fuerint, suscipere debeant, corporaliter iuraverunt. Et specialiter Gvnthervs de Swarczburg praedictus, dum visa nostrae Serenitatis potentia, manus nostras non posset effugere, renunciavit imperio et omni juri, si quod sibi fuit per electionem sicut putabat, aut alias acquisitum, nobisque promisit, veluti servitor noster, in omnibus cum debita fidelitatis obsequiis obedire. Et per Dei omnipotentis misericordiam univcrsa nostra negotia sic prospere sicque fideliter diriguntur, quod auxiliante Deo, sine cujus ope nihil proficitur, et de nostrorum principum, Comitum, Nobilium et civitatum Imperii consilio et adjutorio speciali, pro consolatione Christiani populi, speramus breviter pacem in terris et gratiam stabilire. Dat. etc.

Nach Mencken, Scriptorum Rerum Germanicarum praecipue Saxoniarum III, S. 2035.

DCCCLXXXIX. Des Erzbischofes von Chur Citation der Gemahlin des Markgrafen Ludwig von Brandenburg, der Margaretha von Tyrol, vor das vom Papste dazu angeordnete geistliche Gericht wegen ihrer Ehescheidungs-Angelegenheit, vom 30. Mai 1349, mit Einschaltung einer päpstlichen Bulle vom 17. Dezember 1348.

Vlricus, dei et sancte apostolice sedis gracia Episcopus Curiensis, Omnibus et singulis ecclesiarum Rectoribus et ceteris clericis, per Curiensem atque Pragensis aliasque Ciuitates et earum dyoceses constitutis, Salutem in Domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis subscriptis firmiter obedire. Noueritis omnes et singuli, nos rescriptum apostolicum ad nos delatum, non Cancellatum, non abolitum uel abrafum, sed expers prorsus omni suspicione, ut apparuit, sub Bulla plumbea et filo canapis, nos reuerenter recepisse continencie in hec verba: Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus Patriarche aquilegenfi et Episcopo Curiensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilecti filij, nobilis viri Johannis Comitum Tyrolis, nati clare memorie Johannis Regis Boemie, peticio continebat, quod licet ipse et nobilis

*) Die eingeschlossene Stelle enthält eine von dem Herausgeber willkürlich vorgenommene Aenderung. In dem Abdrucke bei Mencken heißt es statt dessen Wilhelmus de Wirtinborgh depositum mag

mulier Margarita, nata quondam Henrici Ducis Carinthie quarto consanguinitatis seu affinitatis gradu uel infra se contingerent, ipse tamen tunc huiusmodi impedimentum ignorans, cum dicta Margarita matrimonium contraxit per verba legitime de presenti, et quod licet etiam ipsi post contractum matrimonium inter eos simul cohabitauerint per decem annos et ultra et per dictum tempus uel saltem per Triennium continuum infra dictum Decennium operam fidelem dederint copule coniugali, non tamen potuerint effici vna caro, quodque postmodum dicta Margarita desiderans esse mater et filios procreare propria temeritate, non expectato iudicio ecclesie, ab ipso Johanne discedens, se Ludowico de Bauaria, qui se tunc Marchionem Brandenburgensem nominabat, dicti Johannis Comitis infra quartum gradum consanguineo, matrimonialiter copulauit de facto. Quare dictus Johannes nobis humiliter supplicauit, ut si inter predictos Johannem et Margaritam predictum consanguinitatis seu affinitatis uel aliud canonicum impedimentum interuenisse, constet, matrimonium ipsam inter eos contractum fuisse et esse nullum denunciari, per discretum aliquem faceremus, uel si de tali impedimento constare non possiet, cum, ut asseritur, indubitatum sit inter eos copulam minime interuenisse carnalem, Et ipse Johannes sit potens et potenciam habuerit et habeat mulieres alias cognoscendi et desiderat esse pater et de facili continere et sine magno scandalo et hominum strage studium repetendo opere carnalis copule cum eadem Margarita dare non possit, inter ipsos Johannem et Margaritam, diuorcij sententiam ferre sibi que cum alia contrahendi licenciam concedere dignaremur. Quia uero nobis de premissis non constat, fraternitati vestre, de qua plenam in domino in hijs et alijs fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, Quatenus vos uel alter vestrum de premissis et alijs circumstantijs vniuersis diligentius informantes, uocatis qui fuerint euocandi et auditis hincinde propositis quod canonicum fuerit auctoritate nostra decernatis, facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita firmiter obseruari, Non obstantibus felicis recordacionis Bonifacij pape viij predecessoris nostri, qua cauetur quod aliquis ultra vnam dietam a fine sue dyocesis ad iudicium non vocetur ac generalis concilij de duabus dietis, et qualibet alia apostolica constitucione contraria, per quam nostre iurisdictionis explicatio possiet in hac parte quomodolibet impediri, Aut si aliquibus communiter uel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint, per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum auinione Xvj Kal. Januarii, Pontificatus nostri Anno septimo. Volentes igitur tamquam obediencie filius idem nobis iniunctum mandatum, inquantum in nobis est, cum debita reuerencia et sollicitudine adimplere, Vobis igitur omnibus et singulis sub pena excommunicacionis iam late Sentencie, trium dierum spacio pro canonica et peremptoria monicione premissa, in hijs scriptis recipimus et mandamus, Quatenus prout requisiti fueritis communiter uel diuisim, spectabilem dominum Johannem Comitem Tyrolis, atque nobilem dominam, dominam Margaritam supradictos personaliter honorifice et decenter accedatis euocantes atque citantes ipsos, quos et nos in hijs scriptis sic euocamus, ut feria sexta proxima post octauam beatorum Apostolorum Petri et Pauli. In Ecclesia parochiali sancti Johannis in Tyrolis compareant peremptorie coram nobis per

se uel eorum procuratores sufficientes, super premissis inter se legitime processuri, et nostrum processum atque sollicitum et iustum desuper iudicium deo propicio recepturi. Datum sub nostro Pendente sigillo. Anno domini M^o. CCC^o. XLIX^o. In vigilia Penthecostes.

Nach dem im R. R. Geh. Hof- und Staats-Archive zu Wien befindlichen Original. Lückenhaft ist diese Urkunde abgedruckt bei Eichhorn, Episcopat. Curienf. p. 119. 120.

DCCCXC. Des Markgrafen Ludwig von Brandenburg Notification über seine Ausöhnung mit Karl IV. und die den Bürgern Prags und andern Böhmen in seinen Landen bewilligte Handelsfreiheit, vom 25. Juni 1349.

Wir Lvdwig, von Gotes Gnaden Marggraf zu Brandenburg vnd czu Lufficz, dez heyligen Römischen Reichs obersten Kammerer, Phalneczgraf byn reyn, Herczog in Beyern vnd yn Kernden, Graf czu Tirol vnd czu Görz vnd der gotezhauser Vogt Aglay, Trient vnd Brichfen, voryehen vnd tuen chunt mit diesem Briff allen den, dy yn sehent, lesent odir horent lesen, daz wir mit dem aller durchlauchtigesten Fürsten Hern Karl dem Römischen Kunig, czu allen czeiten merer des Reichs vnd Kunig czu Beheim, vnsern hern vnd lieben Oheim, vmb allen krieg vnd Mishellung, dy czwillem Im vnd seinen Brudern vns vnd seinen Geswister giden gewesen ist, freuntlich vorrichtet sein vnd haben vnsern offen Brieff gegeben, daz alle Ir lut, Burger, chauffleut vnd sundir dy von Prage vnd auch ander, die in vnsern vorgeantten Herren vnd Oheime Landen czu Beheim vnd andirfwo wonend sind, mugen vnd schullen ledick vnd frey vnd sicher vor allem vf halten vnd hindernulle in vnsern Lant, wy dy genant sint, wandern vnd cziehen, also daz sie zollen, muten, recht vnd gewonheit, die vns von alter her gewesen ist, brichten vnd tuen fullen, do von gebieten wir allen vnsern Amptluten, Vicztumen, Richtern, Pflegern, wie sy genant sint, vnd auch Burgermeistern, Reten vnd Burgern gemainlichen aller vnser Lande vnd Stet vnsern lieben getreuwen ernstlich vnd veltichlich by vnsern hulden, daz sie des vorgeantten vnsern hern vnd Oheimen Burger, kauffleut vnd auch ander sine Lute, wann sie in vnser Land varen vnd wandren, weder an lieb noch an gut nicht aufhalten noch hindern sulen noch enturren noch iemant anders gestaten, daz man sie aufhalt adir hinder, sundir schullen sie in ir Vordrung Hilf vnd Rat bewisen vnd mit tailen, daz sie vngehindert bliben. Mit Vrchund diez Briffes vorfigelt myt vnsern Ingefigel, der geben ist ze ffrankfurt, nach Christes Gepurt dreuezehundirt Jar, vnd in dem neun vnd vierzigsten Jar, an Donnerstag nach sant Johansen Baptisten tag.

Nach Pelzel's Kaiser Karl IV., Thl. I, Urkundenbuch S. 67.